



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

7. Euasio alia non adeo rigida de necessitate, & impotentia infallibilitatis,
non absoluta præcluditur.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

ac dissensu absque ulla repugnantia componi. Sed quocumque fuerit negatio consensus non erit consensus ipse, cui sui negatio immediata, & contradictorie formaliter repugnat: ergo semper, & absolute præfinitio consensus coniungi potest cum negatione consensus, ac subinde cum dissensu: quod præfinitionis diuine infruitur, & aduersariorum doctrinæ, quam modo impugnauimus, contradicit. Secundo. Nec visio Dei erit absolute incompossibilis cum negatione amoris Dei super omnia in Beatis, nec vnio hypostatica humanitatis Christi incompossibilis absolute cum negatione obseruationis præcepti, seu peccato humanitatis eiusdem, ac proinde illis etiam politis, & Beati, & Christi humanitas ad non amandum Deum, & ad peccandum absolutam potestatem, & libertatem contra horum Thomistarum doctrinam habebunt. Tercio nullum agens naturale, & explorato necessarium in operando esset naturale, & necessarium, seu inconiungibile absolute cum negatione, seu contrario sui effectus, sed absolute posset coniungi cum illo, ac subinde absolute etiam liberum in operando, contra omnium omnino hominum iudicium. Tres hæc consequentiæ, vel apud ita respondentes, vel apud omne hominum genus absurdissimæ ex huius solutionis doctrina sunt irrefragabiles. Siquidem nullum horum principium quantumvis conexum aliam iuxta hanc solutionem pugnam habebit de se, nisi quatenus extremum vnum, cui essentia sua connectitur, quemque indefectibiliter infert, formaliter inmediate pugnat cum extremo opposito, atque adeo non ex impossibilitate sui, sed extremi, cui connectitur, quodque necessario infert, mediatam nimirum, & extrinsecam tantum impossibilitatem habet: quare secundum se consideratum quodvis horum principiorum componi absolute poterit cum sui effectus extremo opposito, æque, atque præfinitio cum negatione consensus præfinito, ac dissensu contrario.

11. Quod si, vt hæc vites absurda, dicas: vnionem hypostaticam, visionem beatam, & naturalium agentium virtutem, eo ipso, quod virtutes de se determinatæ sint, connexæ suis effectibus, eorumque indefectibiliter illatæ oppositionem habere intrinsecam, ac de se cum extremis oppositis, licet non immediatam formalem, & contradictionis, seu contrarietatis formalem, quæ cit inter album, & non album, seu inter album, & nigrum, solumque in rebus, quæ ad idem signum naturæ, vel prius, vel posterius spectant, esse possunt, aut mediatam (quia sola oppositio, & repugnantia contradictionis, & contrarietatis immediata, & formalis est) & illatam. Cum enim essentia, & entitate sua vnum extremum contradictionis, & contrarietatis inferant. Cum extremis ita oppositis intrinsecam pro suo signo priori oppositionem virtutis, & eminentiæ, quæ extremum illud aliis immediate oppositum continent, & necessario ponunt, omnino habent, nec solum mediatam extrinsecam ratione solius repugnantie extremi necessario apponendi cum oppositis sibi extremis, quasi nulla sit in principis illis cum extremis suo necessario effectui impossibilitas pugna impossibilitatis, & repugnantia intrinseca virtutis eminentialis, & illatua. Eo enim ipso quod de se atque ab intrinseco ad vnum extremum ex oppositis ipsis impossibile determinata sunt, determinata intrinsece, ac de se sunt ad opposita excludenda. Vnde sit non posse esse pro priori naturæ antecedenti, ad quod principia illa determinata, & determinantia absolute ad vnum extremum sunt, absolutam ad eius opposita extrema absque contradictione manifesta absolutam potestatem, cum autem ad absolutam libertatem causæ, ac principij operatiui essentialiter requiratur absoluta ad verumvis potestas operationem alterius extremi antecedens: nec naturales causæ in suos effectus, nec visio, ne posita Beati ad Dei amorem, nec humanitas cum vnione hypostatica ad non peccandum libertas consistit. Fateor solutionem totam Philosopho, & Theologo dignissimam, euidentissimamque esse: ac proinde argumenta supra facta contra eam solutionem intellecta de impossibilitate præfinitionis consensus cum eius oppositis negatione, & dissensu, solum mediata extrinsece ratione formalis impossibilitatis immediatæ contradictorie, vel con-

trarie consensus cum sui negatione, vel dissensu omnino enervare. Verum, ni ita à te tua solutio pro tua præfinitione intelligatur; sed intrinsecam vltius mediatam sue virtutis, siue eminentialem, & illatam impossibilitatem cum negatione consensus præfinito, aut contrario dissensu in eius præfinitione recognoscas, quia ad consensum præfinitum ipsis formaliter immediate, siue contradictorie, siue contrarie impossibilitatem determinata, ac determinans ex parte actus primi antecedentis absolute ad operationem eius consensus est, præfinitionis tue necessitatem absolute antecedentem, & cum potentia ad oppositum absolute impossibilitatem, & cum libertate voluntatis in actu primo pugnantem eadem doctrina teneris fateri: quare solutione tua caperis, dum difficultatem soluis.

CERTAMEN VII.

Euasio alia non adeo rigida de necessitate, & impotentia infallibilitatis, non absoluta præcluditur.

1. **D**vo rigide Thomistice præfinitiones ad operandum requisitæ continent. Alterum de se, siue ex intrinsecis prædicatis inseparabiliter cum actu præfinito connexas esse, ita, vt eas ex parte actus primi poni, atque actum non poni repugnet. Alterum eas omnino independentem ab vfu libero voluntatis ex parte actus primi poni. Ex horum coniuncto argumenta contra ipsas efformata, & solutionum impugnationes hactenus datæ processerunt: neque adeo fegit, & inutiliter eisdem fere rationibus iam pridem à nostris pugnatum est, vt illi ipsi aduersarij, qui duo illa, tanquam scholæ suæ tesseram tuenda susceperunt, præteritum solutionum arcibus à nostris pulsati, alij eorum è duobus illis vnum; alij vero alterum asserere desisterent. Auct ergo primo, ex eis non pauci: necessitatem consensus præfinito, & impotentiam ad eius opposita omissionem, & dissensum, quam diuina præfinitio inducit, non esse necessitatem voluntatis ad consensum, & impotentiam absolutam eius ad opposita ipsi extrema; sed necessitatem infallibilitatis: quia est voluntas posita præfinitione requisita ad operandum ex parte actus primi, ad quem præfinitio spectat, posita absolute non operari, & contingere omissionem consensus cum illa, vt ad eius libertatem necessarium demonstrauimus; at præfinitione posita infallibiliter consensura sit: & subinde infallibiliter non est omissionem consensum. Ita, & si non conceptis verbis, respondebant olim Thomistæ apud Suarez nostrum de auxiliis lib. 1. cap. 10. num. 6. conceptis autem verbis Cabrera t. 2. in 3. p. q. 18. à num. 304. dicens hæc potestatem omittendi actum præfinitum, seu apponendi contrarium, quam diuina prædeterminatio, seu præfinitio voluntati relinquit, infallibiliter nunquam reduci ad actum, & d. 1. num. 10. dixerat potestatem liberæ potestatis esse, vt cum potentia, & omnibus requisitis ad operandum possit componi, id est simul poni, tam actum, quam earentia illius. Item Primus Dominicanorum Cathedra Complutensium, & Primarius Professorum cum eorum doctrinæ laudem, tum ob laborem disputationibus de auxiliis coram Sede Apostolica narratum Ioannes Contreras Aluelda s. p. d. 58. sect. ca. 2. quia inquit potestatem nunquam continet hominem sic vocatum, ac promittit præfinitione consensus præuentum, non consentire. Ioannes à S. Thom. tract. de volunt. Dei d. 5. art. 6. n. 3. & 14. Hic autem Doctor de nuda auxilij entitate loquitur, non autem, vt coniuncta modo infallibili, quo Deus præfinitione sua; seu decreto illius executio illud apponit, & consensum per illud præfinit, siue, vt ait Aluarez d. 92. de auxil. num. 2. vt auxilium efficax voluntatis Dei actum præfinitis instrumentum est; quare si duo auxilij de se efficacis doctrinam suam deserunt, non autem præfinitionum, de quibus nunc disputamus. Verum non excludit illo respectu ad Dei præfinitionem etiam

sensum compositum potestatis ad oppositum coniungendum cum efficaci auxilio docent, & si potestatem infallibilitatis negent Nazarius 1. p. t. 1. q. 22. art. 4. contraret. 2. ad argum. 7. conclusionis §. Secundo respondeo. Gregor. Martinez 1. 2. t. 1. q. 10. art. 4. dub. 1. conclus. 2. ad 1. argum. Zamel t. 1. variat. d. 5. appendice §. Ad verum. Ioseph. à S. Maria tract. de libero arbitrio in communi quest. 4. art. 6. §. Dico 7. & §. Supponendum 7. apud Paulum Leonardum 2. p. responsum sect. 13. item 63. His autem priores fatales ethnici idem omnino pro sui fati antecedente necessitate cum nostra libertate concilianda dicebant referente Julio Syren. 3. de suo cap. 21. Licet voluntas aliter re vera non sit operatur, tamen possit aliter operari: qua solutione illos vocibus solum vi. ac proinde nugari ipse concludit. Et Ioann. de Bononia Louanien. Doctor, & Professor. Archidiaconus Panormitan. de prædestinat. & reprobatione Louanij anno 1565. in solut. argumentorum ad 2. pag. 514. Stulta nimium est igitur. & perniciosa persuasio decemur nos. posse quidem diuinam reuocare inspirationem (huius loco præfinitionem pone, de qua agimus) sed non ea potentia, qua aliquando reductur ad actum. Et Claudius Rangolius Minimus Maximus t. 1. in lib. 1. Reg. cap. 13. vers. 14. tit. Quando intelligendum, ita de hac solutione distinctionis absolute potestatis, & potestatis infallibilitatis ait: commentaria videtur, & chymica.

2. Nollem Thomistas hosce forte ad nos (vt bono eius distinctionis, & legitimo sensu possunt) venientes ab his, qui in nostris castris sunt, in explorato eorum animo ducti à Deo accipi censuris. Si enim necessitatem vni extremi, & impotentiam alterius infallibilitatis solus scientia diuinæ de obiecto contingenti posita Dei voluntate de illius existentia sublata tamen ab hac Dei voluntate connexionem physica, & metaphysica cum existentia, seu functione absoluta obiecti illius contingentis intelligant, verissime docent cum hac infallibilitatis necessitate vni extremi, & impotentia alterius. Stare absolute posse absolutam ad hoc alterum potentiam physicam actum. Siquidem, & si non necessario possumus sit extremum à Deo volutum à Dei voluntate, vt ponit æque eius negatio, & cum Dei voluntate non contingit physica actiuitate absolute potuerit; posito tamen à voluntate nostra Dei voluntati annuente, atque ita à Deo cognito necessitate consequente, & intrinseca necessitate est vt sit: & rursus necessitate infallibilitatis diuinæ scientiæ; & quæ consequentem illam extremi in se positi necessitatem (supponit) extrinsece necessarium etiam est: & si absolute sit contingens. Verissime inquam ita solutione hac venientes Thomistæ discunt: sed præfinitionem suam, & nomine, & re abstinere debebant: ac proinde veritatis victoria ingenuè victi nostris castris cum laude, & gloria adscribendi erunt. Nominem quidem præfinitionis abstinere debebant: quia ea vox nonnulli in voluntatem efficacem, & decretum Dei efficax obiecti præfinit; huiusque essentia sua connexionem indefectibiliter cadit. Inde etiam, & re ipsa præfinitionis abstinere, ita distinctionem intelligentes, omnino debent. Si enim præfinitionem intelligentes, omnino debent. Si enim præfinitionis diuinæ res, & essentia ipsa connexa inseparabiliter est consensui præfinito nequit eius existentia absoluta coniungi cum negatione consensus præfinit: ac proinde ea ex parte actus primi, & antecedentem naturam ad operationem consensus voluntas nostra impotens absolute antecedenter ex parte actus primi erit ad apponendam simul negationem consensus præfinit, vt sit potestatis, ac ita breviter, & dilucide iterum ostendimus: quare vt operationum nostrarum necessitas extrinseca infallibilitatis ex infallibilitate scientiæ diuinæ de operatione ex Dei voluntate, & vocatione absolute existente, vel futura absolute, vt membrum eius distinctionis ab altero absolute, & antecedentis necessitatis aboleris libertatem defendatur, voluntas Dei, decretum indifferens, ac non determinatum, & determinans efficaciter ad consensum statuendum, dicendumque ab ira respondentibus erit. Vel, si efficax esse, dicendumque ipsi maline comitans solum operationem esse in respondentibus examinandum non illam physice antecedentem: quare & re, & nomine præfinitionis ita distinctio-

nem potestatis absolute, & potestatis infallibilitatis solius ad rem præsentem intelligentes aduersarij abstinere, atque aperte, & re, & nomine paribus nostris accedere debebunt.

3. Sin autem necessitate infallibilitatis ad actum præfinitum, & impotentia infallibilitatis ad extremum oppositum non illam solum extrinsecam diuinæ scientiæ, quæ consequentem actus necessitatem supponat, sed obiectum aliam præfinitionis ex parte actus primi ad existentiam actus præfinit à voluntate expositione præfinitionis determinantis de se ad illum ratione intrinsece connexionis cum illo intelligant, nomen quidem, & rem Thomistæ præfinitionis retinebunt, sed distinctionem chymicam, ac conciliandæ cum humana libertate præfinitionis necessitati prorsus inutilem; & si ad necessitatem infallibilitatis diuinæ scientiæ; & si ad connexionem obiectum, & necessitatem essendi à voluntate ex præfinitione adiuncta actum præfinitum supponat, recurrant. Primo quia etiam diuinæ præscientiæ infallibilis necessitas ad vnum, & impotentia ad aliud simili connexioni obiecti fati cum humanis actionibus ipsis ex fato ethnico prouenientibus aderat nota, Philosophis fatalibus, & Patribus notissima erat: & tamen illorum fatum, vt absolute libertatis, & potestatis absolute ad oppositum actus eo destinari ex parte antecedentis euerfuum reiectum ab his est. Secundo amor Dei ex visione beata, & negationi peccati ex vnione hypostatica infallibilis necessitas negationis peccati, & impotentia ad peccatum in humanitate vnica, ac Beatis diuinæ scientiæ adest: & tamen, quia supponit necessitatem obiectum antecedentem ex vnione ad obieruantiam præcepti, & impotentiam ad peccandum in humanitate vnita: ac similiter ex visione obiectum necessitatem antecedentem amandi Deum, & subinde impotentiam non amandi illum in Beatis, non saluatur in his absoluta potestas non amandi Deum, neque in humanitate vnita absoluta potestas peccandi: quare neque absoluta libertas ad peccandum, vel non peccandum in hac, atque ad amandum, vel non amandum Deum in illis, vt vos ipsi, qui ita responderis, fatemini: ergo, & si adit nostris operibus præfinitis infallibilis necessitas ad ipsa, & impotentia ad eorum opposita diuinæ scientiæ illa in præfinitione Dei cognoscentis, quia tamen supponit necessitatem antecedentem obiectum ad ipsa, & impotentiam ad eorum opposita, non saluatur in nobis absoluta potentia ad opposita extrema actui præfinito, ac subinde neque absoluta ad ipsum agendum, vel non agendum libertas. Terrio neque effectibus omnibus, ac singulis causarum naturalium ea scientiæ diuinæ in suis causis ipsos penetrantis, iuxta communem, & omnium Thomistarum sententiam, infallibilis necessitas, & impotentia non essendi à suis causis deficit; & tamen, quia obiectum antecedentem necessitatem, vt à suis causis fiant, & impotentiam vt ab illis non fiant diuinæ scientiæ infallibilis necessitas supponit, neque in causis naturalibus absoluta potestas non operandi, ac proinde neque absoluta libertas operandi est: ergo nec in voluntate posita operationis, & actus eius præfinitione saluabitur libertas ob rationem eandem.

4. Ratio à priori, & vltima ita intellectæ distinctionis, & explicatæ solutionis ex illa, impugnatio est: quia nihil potest esse destructiuum eius, quod necessario tanquam sui fundamentum supponit: sed necessitas ad vnum, & impotentia ad eius oppositum, quam hi vocant infallibilitatis, à diuina scientia habita de contingentibus in præfinitione requisita ad ipsorum absolutam existentiam, tanquam in causa, supponit tanquam sui fundamentum necessarium, absolutam necessitatem antecedentem voluntatis ad operandum, & absolutam impotentiam eius ad non operandum posita præfinitione: ergo non destruit hanc necessitatem ei: ad operandum absolutam, & antecedentem, nec impotentiam absolutam antecedentem non operandi posita præfinitione. Minor probatur: quia infallibilis diuinæ præscientiæ de obiecto contingenti in præfinitione supponit obiectum connexionem intrinsecam, & è suis prædicatis præfinitionis ex parte causæ requiritur, ac posita, vt voluntas operetur: quare & physicam absolutam determinationem voluntatis

TEGA
A. pari
Vla

voluntatis antecedentem ad illud operandum, posita eius præfinitione: & physicam subinde impotentiam absolutam ad non operandum. Imo ad hoc præfinitio actus nostri ab aduerfariis inducitur: ne sit absolute possibile voluntati ea posita actum omittere, ac diuina scientia in causa actum determinare attingens, & exprimens potius, quam eius omissionem, posita salutari subesse: ergo infallibilis necessitas, ut sit actus præfinitus, & impotentia, ut sit eius omisio, posita præfinitione ex infallibilitate diuina scientie actus præfinitus in præfinitione, seu voluntate eam præfinitione, tanquam in causa ortum ducens, supponit obiectiuam physicam antecedentem, & absolutam necessitatem operandi, & impotentiam non operandi ex præfinitione actus inducunt in voluntatem, distinctam à necessitate, & impotentia ortis & scientie diuinae actus in coniuncto voluntatis cum præfinitione: siquidem nihil seipsum potest vere, & recepta supponere. Quod autem eam his pugnet potentia physica absoluta antecedens non operandi satis supra demonstratum est: breuiter rursus demonstratur: quia ea potentia absoluta, & antecedens, tam illi necessitati absolute, & antecedenti voluntatis ad actum, quam impotentia ad oppositum pro eodem signo, & priori naturæ contradiceret. Et enim pro eo signo vera hæc sunt: posita præfinitione ex parte actus primi est impossibile voluntatem non operari: & rursus voluntatem operari est necesse. At posita absoluta potentia antecedenti non operandi vera hæc propositio est. Voluntatem non operari possibile ex parte actus primi est, quæ utrique illi contradicit iuxta summam regulas modalium: ergo potentia absolute antecedens voluntatis ad non operandum posita præfinitione requisita ad operandum, ac proinde necessitate absoluta, & antecedente ad operandum, & impotentia ad non operandum, & huic necessitati, & huic impotentia absolute, & antecedentibus contradicit. Tercio. Potentia hæc voluntatis ex parte actus primi antecedens, & absoluta non operandi ante præfinitionem, vel esset non operandi sublata operatione, vel non sublata operatione: primum inducit contradictionem: siquidem staret præfinitio, ut supponitur, & non staret: quia non esset operatio, cui essentia sua conueniret: ac proinde, sine qua esse repugnat. Præterquam quod ea potentia in voluntate esse nequit, nisi sit potentia auferendi, seu impediendi præfinitionem pro naturæ priori ad positionem actus, ut patet. Secundum etiam aliam contradictionem inducit: scilicet eandem operationem simul, semelque esse, quia est ipsi connexa essentia sua præfinitio, & non esse: ergo ea absoluta, & antecedens potentia voluntatis ad non operandum posita præfinitione chimærica est, & impossibilis.

¶ Vnde constat, quam male admissit Ioannes Gonzalez supra sect. 3. num. 30. stante præfinitione posse voluntatem absolute coniungere carentiam actus cum illa: cum id alterutro solummodo (quorum utrumque repugnare ostendimus) fieri necessario debeat: quæ tamen in voluntate independentem à nostræ voluntatis libertate, & exercitio posita nusquam est, aut fuit. Quare neque eam auferre, & non esse nostræ est, aut fuit potestatis, adhuc pro naturæ priori ad præfinitionis positionem considerata: unde non solum non potest esse potentia apponendi negationem operationis sciuntim ab operatione, verum neque coniunctim cum præfinitione: quia nequit esse potentia ad coniunctum aliquid absolute apponendum, quin sit potentia ad apponendas eius partes, quarum simultaneam existentiam solummodo, & necessario coniunctum illud dicitur, ac nulla est potestas absoluta voluntatis nostræ ad apponendam præfinitionem operationis: ergo neque ad apponendum coniunctum præfinitionis, & operationis, seu operationem coniunctim cum præfinitione, aut plus omissionem sciuntim à præfinitione: quia neque in eius potestate est præfinitionem sciungere considerata pro quouis signo naturæ voluntate. Cum autem nequeat operatio, nisi alterutro modo exercere apponi, scilicet, vel coniunctim cum præfinitione, vel sciuntim ab illa, sine vel cum illa, vel sine illa, (& idem est de omissione operationis) sit: nullam esse in voluntate

potentiam ad omittendam operationem præfinitam, neque ad apponendam operationem contrariam. Dices esse potentiam ad ponendam operationem præfinitam à præfinitione, eiusque negatione, & sic de omissione. Contra tamen est, quia implicat esse operationem exercere absque requisitis. Sed præfinitio per vos essentiale requisitum est ad operationem, & negatio præfinitionis ad omissionem operationis: ergo operatio præfinita à præfinitione, & eius omisio præfinita à negatione præfinitionis sunt impossibiles, & ad quas nulla vera potentia realis esse possit: nisi admittat decretum Dei efficax (cuiusmodi est cuiusvis effectus diuina absoluta præfinitio) frustrabile esse: quod & absurdum est, & apud Theologos inauduit, alterique eiusdem, & sequacium aliorum assertio omnino discordans. At enim præfinitionem actionum nostrarum, & si coniungit earum negationem possit neque essentia sua cum actionibus connectatur præfinitis, aut semper effectum habuerit: unde enim, si natura, & essentia sua cum utroque extremo coniungibilis præfinitio est, semper effectum operationis præfinitæ habuerit hic Doctor nouit, si ab illi reuelatio, quæ operationis ex præfinitione contingenter provenientis, ita, ut poterit ex illa non provenire absolutam positionem supponat: hoc autem est efficax præfinitionis diuinae extrinsecus operatione, præfinita constituitur, uti nos decreti indifferenter concurrenti efficaciam concursu ipso Dei nostræ operationi identitificatio constituitur, sicuti & vocati, & vocationis, seu auxilij congruitatem, & efficaciam: quod ipsum est diuinas præfinitiones nostrarum actionum desecere, ad nostræque essentia transire. Ad hæc sue ipsi doctrinæ Doctor hic contradicit. Est enim de diuinarum præfinitionum actuum humanorum efficacia, sicuti, & de auxiliorum congruitate verè, & consequenter loquatur: de auxilio tamen gratie entitatis sumptio ita conuictarie etiam docet contra suos Dominicanos Thomistas citata d. 48. sect. 1. n. 10. Primo dico contra primam (suorum scilicet à se relata n. 1.) sententiam. Non oportet quod gratia præueniens intrinsece inherens, quæ in uno est efficax, sit etiam efficax in alio maiore tentatione tentato: ac proinde non est verum dicere, quod gratia præueniens intrinsece inherens, quæ aliquando est efficax, debeat esse efficax semper, & in quocumque alio supposito qualitercumque tentato: ergo cum præfinitiones sicuti, & vocationes, & auxilia gratie non de se efficaces, & coniunctas, seu connexas cum operatione præfinita, sed potius natura sua cum his negatione coniungibiles doceat hic Autor, eis semper habituras operationis præfinitæ effectum, efficacesque proinde esse debere iuxta eius doctrinam directam non oportebit.

CERTAMEN VIII.

Prima dependentia præfinitionis à libertate nostræ voluntatis à Thomistis excogitata euanesceat.

¶ Secundo alij Thomistæ ex alia parte à doctrinæ primæ sua deficientes præfinitionis requisitum ad creatæ voluntatis operationes ab ipsa libero voluntatis dependentiam in sui absoluta existentia, & positione aliter, & aliter designant, ut aliquo modo antecedentem necessitatem operandi ratione intrinsece connexione præfinitionis diuinae cum effectu præfinito (quam præfinitioni, seu efficaci Dei decreto neque negare) cum creatæ voluntatis libertate in operando conciliant: quippe quæ sue potestatis vltimæ, & exercitio libero cuiusmodi inducunt sibi à præfinitione operandi necessitatem cauere, atque auferre poterit. Vnde iuxta Boetium, Anselmum, & Patres supra citatos non absoluta, & antecedens necessitas voluntatis ad operandum præfinitione, sed ex suppositione secun-